Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Rector & Concilium, Civibus Suis Omnium Ordinum, Salutem Dicunt Plurimam : P. P. Sub Sigillo Rectorali, Anno MDCCXXXI, d. XXIX. Julii

Rostochii: Adler, 1731

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791102998

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Leges etc
Academiæ Rostochienſis

http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn791102998/phys_0001

Universitäts-Archiv
Rostock, Sign. RIA4

RIA4

K. l. — 47. 1-69.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn791102998/phys_0002
DFG

26

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

29 Jul 731.

3 febr. 732.

4

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn791102998/phys_0003
DFG

RECTOR & CONCILIUM,
CIVIBUS SUIS OMNIUM ORDINUM,
SALUTEM DICUNT PLURIMAM.

DEO T. O. M. æterna ſit Laus & Gloria, quod Academiam hanc Varno-Balthicam in hunc usque diem non ſtare tantum ſed etiam florere juſſerit, voluerit; Florem autem noſtrum haud adeo quærimus in myriadibus Studioſorum, ſed gratulamur nobis, quod centurias hactenus habuerimus Juvenum purioris & ſanioris doctrinæ cupidorum. Faxit is ipſe DEUS Veritatis fons & Pater, ut pergamus in illo tramite, & citra vanam ambitionem promoveamus ſocietatis humanæ conditionem, tam quoad hujus quam quoad futuri ſeculi felicitatem.

Quo autem illud eo promptius & felicius expediatur:

Primò *Profeſſores* Omnium Facultatum hoc ipſo Programmate publico ſignificant, ſe omni niſu & ſudore in id allaboraturos eſſe, ut non deſiderentur Lectiones in omni, ut loquuntur, ſcibili; Quilibet enim pro ſui muneris ſpecialis ratione non ſolum adornabit Collegia, ſed inſuper ſcientias, quarum Profeſſores abiere & obiere, donec novi ſurrogati fuerint, inter ſe ita diſpertientur, ut nullius abſentia a cupida Juventute ſentiatur.

Imò quis ignorat, apud nos vivere atque degere Omnium Facultatum atque Artium *Doctores Non-Profeſſores* celeberrimos, qui ſedulam in propinandis ſcientiis navant operam, quique dexterrimè ulterius pergent feliciter, ſubſidiarias præſtantes operas, ſi forte Profeſſores, aliis muneribus & expediendis obruti, *non ſemper pares omnibus eſſe potuerint deſideratis.*

Pergant igitur illi Viri Clariſſimi ſub gratia ſummi Numinis, ita tamen, ut more conſueto, Decanis Facultatum & per illos Profeſſoribus, qui a certa & diſtincta eruditionis parte nomen gerunt, conſtet, quales inchoaturi ſint Labores, quo videatur, ne vel omnes in unum incidant propoſitum, vel quædam pro ſemeſtrium conditione plane ſileant. Optimè conſuletur Omnibus, ſi ſuum cuique tribuatur.

Quod autem attinet *Non-Graduatos*, Decani Facultatum non erunt difficiles, illis concedendo unum vel alterum Collegium exercitii gratia habendum; Nemo igitur abhinc putet, ſe Jure ſuo acturum, ſi Lectiones ſine omni præſcitu inſtituerit; Reipublicæ enim Literariæ intereſt, ut non confundantur Jura ritè parta cum iis quæ arroganter ſumta eſſe videntur; Nec fruſtra dictam eſſe volumus vocem, quam Imperatoria & Ducali autoritate largiente pronunciamus, Promotis tribuentes facultem docendi.

Innoteſcant hæc omnibus, nam promptiſſimis utemur remediis adverſus illos, qui ordinem hunc turbare geſtient.

DEUS Omnipotens ſartam atque ſalvam conſervet hanc noſtram Academiam, quo ſit ad finem usque ſeculi ſeminarium Virorum Reip. ſtrenue inſervientium. Valete!

P. P. SUB SIGILLO RECTORALI,
Anno MDCCXXXI. d. XXIX. Julii.

ROSTOCHII, TYPIS IO. IACOB. ADLERI, SEREN. PRINC. & ACAD. TYPOGRAPHI.

3 febr. 732.

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791102998/phys_0004
Universitäts Bibliothek Rostock
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791102998/phys_0006
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn791102998/phys_0007
DFG

IV. Qui cantitantes vel vociferantes per plateas vagantur, vel in diuerſoriis publicis, immo & in tricliniis priuatis aera concentibus implent, prima quidem vice noxam octo dierum carcere, & commenſalis communis inſuper unius menſis carentia, luent. Quod ſi poſt [illegible]ctionem incorrigibiles ſe prodant, conſilio abeundi, [illegible]t, necesſitas emigrandi eis imponetur.

V. Eidem poenae obn[illegible] qui nouitios vel directo cogunt, vel per ambages a[illegible]elliciunt ad conuiuium veteranis parandum, quo adue[illegible]odo pecunia emunguntur, ſed prauis quoque ſodalitii[illegible]r. Reliqui vero hoſpites, qui ſumtu nouitii epulati ſ[illegible] dierum carcere coercebuntur, iis, qui menſa commu[illegible], per octo dies inſuper ab iſto beneficio excludendis, [illegible]enarum conuiuia, quo inebriationes & exinde oriund[illegible]ones & rixae tanto efficacius impediantur, abhinc pl[illegible]ta ſunto.

VI. Poenae legum tr[illegible]us iudicialiter decretae a Rectore & Concilio nec mi[illegible]c mutandae, nec omnino remittendae, ſed ad tenor[illegible]ae, ſine vlla deprecatione executioni mandandae eru[illegible]

VII. Nocturnos ſtrep[illegible]s, tumultus & alia, quibus incolarum vel perſonae [illegible]untur, facinora, immo & clamores inconditos vel [illegible]ti iam ſeuerae leges inhibuerunt: ita earum violat[illegible]ubitoribus, quibus cura ſecuritatis nocturnae & tran[illegible]emandata eſt, deprehenſi cuſtodiae militari tradentur [illegible] manebunt, vsque dum Rector Academiae vel de e[illegible]isſione, vel in carcerem acade-